

essentiale. Liquor autem exstillans cum rufescere coeperit, mutetur excipulum, ac distillatio producat, usque dum rufi hujus, crassique Olei nihil amplius prodeat. Utraque Olea rejecto phlegmate seorsum recondantur.

OLEUM CÆRULEUM CHAMÆMELI
COMPOSITUM.

R Florum Chamæmeli recentium petalis, seu foliis
eorum decidentibus collectorum ... libras viginti,
Aquæ communis quadruplum,
Petrolei libram unam:
In figulino vase cooperto per dies duodecim maceratio fiat: tum ex campana refrigeratorio instructa distilla, donec totum Oleum cæruleum elicitum sit.

C A P U T X X .
DE UNGUENTIS.

UNGUENTUM AD AMBUSTA.

R Mediani Corticis Sambuci . . . uncias sex,
Foliorum Lili albi,
Hyosciami albi,
Cucurbitæ . . . ana manipulos duos,
Olei Olivarum libras tres:
In fictile supra cineres calidos biduo digerantur: paulisper bulliant: tum exprimatur Oleum, in quo defæcato dissolvantur

Ceræ

Ceræ albæ uncia novem:
Fiat Unguentum.

UNGUENTUM AD HÆMORRHOIDES.

R Radicis Scrophulariæ recentis . . . uncias tres,
Foliorum Hyosciami albi . . . manipulos tres,
Butyri Vaccini . . . libram unam cum dimidia,
Lithargyri præparati uncias duas,
Vitellos Ovorum numero tres:

Radices, & Folia contusa cum Butyro lente bulliant
ad humoris consumptionem: postea exprime, cola, &
adde Lithargyrum: pistillo assidue agita, donec Un-
guentum refrigescat: tandem adjice Ovorum Vitellos,
& accurate commisce.

UNGUENTUM AD RACHITIDEM.

R Summitatum Serpylli,
Chamæpitys,
Rutæ,
Calaminthæ montanæ,
Florum Sambuci,
Lavendulæ ana manipulos duos,
Axungiae Suillæ libras tres,
Sebi Cervini libram unam, & semis,
Olei expressi e Baccis Lauri uncias sex:
Comminutis Herbis, & Floribus, cucurbitæque in-
ditis, adipēs liquatos affunde: tum cucurbita opercu-
lata M. B. per triduum digere: hinc adhuc calentes præ-

Ff

lo

lo exprime : cola : additoque Oleo Laurino refrigerescere finito : defæca, & in vase reconde.

UNGUENTUM AD SCABIEM.

R Olei Laurini libras duas,
 Cerae albæ uncias quatuor,
 Florum Sulphuris uncias quinque,
 Radicis Rumicis recentis uncias sex:
 Rumicis Radix in Aqua ad pulvis formam decocta,
 tum setaceo transmissa ad humoris superflui consum-
 ptionem igne leni evaporet : Cera, & Oleum simul li-
 quefiant, quibus tepentibus Rumicis Pulpam, dein Sul-
 phuris Flores adde, continenter omnia immiscendo.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

R Viridis Æris pulverati uncias quinque,
 Mellis colati uncias sexdecim,
 Aceti acerrimi uncias septem,
 Aluminis usti unciam semis:
 Lente bulliant, & assidua agitatione redigantur ad
 justam Unguenti consistentiam.

UNGUENTUM AGRIPPÆ.

R Succorum Radicis Bryoniæ libras tres,
 Cucumeris agrestis libras duas,
 Radicum Scillæ,
 Iridis nostratis,

Filt-

Filicis maris ana uncias sex;
 Olei de Mucilaginibus libras quatuor,
 Cerae albæ uncias quindecim:

Radices minutim incisæ per duodecim horas in Succis macerentur: bulliant: cum expressione colentur: postea in molle Extractum, igne leni, assidue agitando evaporent. Cera in Oleo liquefiat; quibus tepesactis (vase ab igne remoto) paulatim adjice Extractum, & continenter movendo commisce in Unguenti formam.

UNGUENTUM ALBUM, SEU DE CERUSSA.

R Cerae albæ uncias tres,
 Olei rosati libram unam:
 Cera in Oleo liquetur; tum adde
 Cerussæ pulveratæ uncias quatuor:
 Pistillo ligneo indefinenter agita, donec refrigerint.

Simili modo paretur UNGUENTUM
 DE MINIO.

UNGUENTUM ELEMI, SEU BALSAMUM ARCEI.

R Terebinthinæ,
 Gummi Elemi . . . ana libram unam, & semis,
 Pinguedinis Suillæ libram unam,
 Sebi Hircini libras duas:
 Omnia simul liqua: tum colo trajice.

Ff 2

UN-

UNGUENTUM BASILICUM.

℞ Colophonix,
 Picis navalis,
 Cerae flavæ ana uncias sex,
 Olei communis libras duas:
 Simul liquefiant, dein percolentur.

UNGUENTUM CITRINUM, SIVE AUREUM.

℞ Olei Olivarum libras duas,
 Terebinthinæ libram unam,
 Cerae citrinæ,
 Colophonix ana uncias septem,
 Mastiches,
 Olibani pulverati ana uncias duas,
 Croci drachmas duas:
 Cera, Colophonia, Mastiche, & Terebinthina in Oleo
 dissolvantur; quibus colatis, ac tepidis reliqua com-
 misceantur.

UNGUENTUM COMITISSÆ.

℞ Olei myrtini libram unam;
 Cerae citrinæ, uncias quatuor,
 Mastiches pulveratæ unciam unam:
 His una liquaris addantur ea, quæ sequuntur in pul-
 verem trita:
 Gallarum immaturarum,
 Nucum Cupressi,

Se-

Seminum Plantaginis,
 Sumach ana drachmas sex;
 Aluminis rupei unciam semis,
 Misce omnia in formam Unguenti.

UNGUENTUM DE ALTHÆA.

R Olei de Mucilaginibus libras tres,
 Adipis Suilli libras duas,
 Cerae flavæ libram unam:
 Liquefiant simul omnia; tum his adde
 Radicis Althææ pulveratæ uncias sex.
 Commisceantur in Unguentum.

UNGUENTUM DE ARTHANITA.

R Succi Radicum Cyclaminis,
 Cucumeris agrestis ana libras duas,
 Butyri Vaccini libram unam,
 Olei Olivarum libras duas,
 Colocynthis uncias quinque,
 Cerae flavæ uncias novem,
 Fellis Tauri
 Sagapeni,
 Salis Gemmæ ana unciam unam,
 Florum Chamæmeli uncias quatuor:
 Colocynthis Pulpam forfice incisam cum integris
 Seminibus per diem, & noctem in Succis macera: tum
 coque ad medias: postea exprime, & ad Extracti for-
 mam exhala Taurino felle adjecto; atque hæc Cera, &
 Bu-

Butyro in Oleo liquatis, ac tepentibus, pistillo ligneo assidue agitando, paulatim immisce: post adde cætera pulverata, & fac Unguentum.

UNGUENTUM DE BOLO.

R Olei Myrtini libras duas,
 Cerae flavæ uncias octo,
 Boli Armeniae Aceto pluries imbutæ,
 & siccatae uncias sex,
 Sanguinis Draconis veri unciam unam:
 Cera cum Oleo liquetur: quibus tepesactis adde Bol-
 lum Armeniam, & Sanguinem Draconis, utraque læ-
 vigata: tum omnia accurate, ac tandiu commisce,
 donec refrigescant.

UNGUENTUM DE LAPIDE CALAMINARI.

R Olei Nucum juglandium libras duas;
 Cerae flavæ uncias quatuor,
 Succı Plantaginis uncias sex,
 Lapidis Calaminaris præparati,
 Boli Armeniae præparatae,
 Lithargyri præparati,
 Cerussæ,
 Terræ dulcis Vitrioli ana unciam unam, & semis;
 Camphoræ drachmas duas:
 Lapis Calaminaris, Lithargyrus, Cerussa cum Succo
 Plantaginis, & Oleo, spatha lignea continenter mo-
 vendo, ad humoris dissipationem, & fere ad Unguenti
 confi-

consistentiam lente coquantur: tum adjecta Cera liqua-
ta inspergantur etiam reliqua in pulverem tenuissimum
trita, præter Camphoram, quæ pauculo Oleo soluta
repenti Unguento immiscenda est.

UNGUENTUM DE SPERMATE CETI.

R Olei Amygdalarum dulcium uncias tres,
Adipis Cervi unciam unam,
Spermatis Ceti,
Cerae albæ ana semunciam:
*Hæc simul omnia liquando, & commiscendo, usus
tempore, Unguentum confice.*

UNGUENTUM DE STAPHISAGRIA.

R Axungiae Suillæ libram unam, & semis,
Mercurii per corium tra-
jecti unciam unam cum dimidia;
Staphisagriae pulveratæ uncias quatuor:
*Mercurius in mortario ligneo cum Axungia diligen-
ter misceatur; adjectaque Staphisagria fiat Unguentum.*

UNGUENTUM DE STYRACE.

R Olei Nucum Juglandium libram unam,
Styracis liquidi,
Gummi Elemi pulverati ana uncias octo,
Colophonix uncias quindecim,
Cerae citrinæ uncias octo:
Li-

Liquata igne lenissimo, dein percolata redigantur
in Unguentum.

UNGUENTUM DE TUTHIA, SEU
DIAPOMPHOLYGOS OFFICINARUM.

R Olei rosati libras duas;
Cerae albæ uncias sex;
Extracti Solani hortensis uncias tres;
Cerussæ,
Plumbi usti,
Tuthiæ,
Olibani ana drachmas decem:
Ceram in Oleo liqua, quibus reperfactis Extractum
paucō Vino dilutum immisce: adde his reliqua in pol-
linem lævigata, tum agita, donec frigescent.

UNGUENTUM DE APIO.

R Succi Apii libras duas,
Foliorum recentium Absinthii,
Centaurii minoris,
Solani hortensis,
Verbenæ ana manipulos
duos:
Supra calidos cineres per noctem digestio fiat: postea
levis ebullitio: tum Succus prælo exprimatur, cui adde
Mellis optimi libras duas;
Post unam, vel alteram ebullitionem cola: deinde ad
Mellis crassitiem decoque.

Hisce

Hiscce repentibus immisce
 Terebinthinæ uncias sex :
 Demum ea insperge, quæ sequuntur, in pulverem
 tenuissimum redacta,
 Myrrhæ,
 Aloes Hepaticæ,
 Radicis Aristolochiæ rotundæ,
 Iridis Florentinæ,
 Cancrorum combustorum . . . ana unciam unam :
 Agita, & rite omnia commisce.

UNGUENTUM NUTRITUM, SEU DE LITHARGYRO.

R Lithargyri præparati,
 Cerussæ pulveratæ ana uncias tres,
 Aceti acerrimi uncias octo,
 Olei communis libram unam, & semis :
 In mortario plumbeo Lithargyrum, & Cerussam ad-
 hibito etiam pistillo plumbeo assidue agita : & modo
 parum Olei, modo Aceti affunde, & commisce, ut
 affuso demum toto Oleo, atque Aceto nutritus sit Li-
 thargyrus ad idoneam Unguenti consistentiam.

UNGUENTUM IRINUM.

R Olei Irini,
 Amygdalarum dulcium,
 Butyri recentis ana uncias sex,
 Adipis Gallinæ purgati uncias quatuor,
 Gg Cera

Ceræ albæ uncias quinque :
 Hisce una liquatis, & paullulum refrigeratis insper-
 gantur Pulveres
 Radicis Iridis Florenti-
 næ ad unciam unam, & semis,
 Croci ad semunciam :
 Accurate miscendo redigantur in Unguentum.

UNGUENTUM POPULEUM.

R Oculorum seu Gemmarum Populi . . . libras duas;
 Pinguedinis Suillæ purgatæ . . . libras quatuor :
 In fictile liquefiat Pinguedo, in qua deinde Populi
 Gemmæ contusæ mergantur, & maneant usque dum
 idoneo tempore cætera adjici possint: tum

R Foliorum Papaveris erratici,
 Hyoscyami albi,
 Sedi majoris,
 minoris . . . ana manipulos tres;
 Solani hortensis . . . manipulos sex :
 Contusa hæc omnia permisceantur Pinguedine jam
 liquata una cum Populi Gemmis, & per triduum M. B.
 digerantur: post lente bulliant ad humoris evaporatio-
 nem, spatha lignea assidue agitando: mox prælo ex-
 pressa colentur, & fiat Unguentum.

UNGUENTUM REFRIGERANS.

R Olei rosati libram unam, & semis;
 Ceræ

Ceræ albæ uncias sex :
 Ceram in Oleo liqua, spatha lignea agitando, dum
 utraque in Unguentum cogantur: tum Aqua abluc, &
 subige, ut albidum fiat.

UNGUENTUM ROSATUM.

R Axungiae Suillæ infusæ, & purgatæ libras sex.
 Rosarum rubrarum } demptis calycibus...ana l.b.
 Rosarum pallidarum } duas:

Rosis terræ cucurbitæ inditis liquatam Axungiam
 affunde: operta cucurbita M. B. ad triduum digere: dum
 adhuc calent, prælo exprime, cola, & adice

Ceræ albæ uncias sex :
 Pone vas supra cineres calidos, & Cera liquata sine
 in Unguentum simul omnia concrefcere: deinde a face,
 quæ subsiderit, separa.

UNGUENTUM SANTALINUM.

R Olei Myrtini libras tres;
 Ceræ albæ uncias novem,
 Rosarum rubrarum siccatarum,
 Santali rubri ana uncias quatuor;
 Caphuræ unciam semis:

Ceræ in Oleo liquatæ ac tepesactæ primum Rosarum,
 & Santali Pulvis, postea Camphora pauculo Oleo dis-
 soluta admisceantur.